

puer scientia et virtutibus proficiens
omnibus se amabilem exhibuit, et ideo
iuste sublimari debuit. Unde Johannes
rex Bohemie pater Karoli III. Romano-
rum imperatoris primus ipsius promotor
existit ad prebendam Wormaciensem,
attendens parentum ipsius obsequia non
modica et habitalem iuvenis venustate
personali et corporis elegancia decorati.
Deinde meritis suis exigentibus in ecclesiis
Treverensi et ~~Moguntinensi~~ ^{Moguntinensi} est
promotus, et ratione cautores in ecclesia
Moguntinensi mitratus. Postquam vero
sic puerilem ^{etatem} specialissimus
Karolo imperatori est effectus, qui
ardua et secretiora imperii negocia sibi
commisit, frequenter ad sedem apostolicam
destinando. Unde et summus ponti-
fex Innocentius VI. ob ipsius persone
eliganciam simul et industriam conce-
pit ad ipsum habere gratiam et ipsum
Salamanno episcopo Wormaciensi qui per
30 annos cum capitulo suo litigaverat
et omnes munitiones et redditus episco-
patus vendiderat et alienaverat, dedit
coadiutorem. Tunc divina voluntate
dum coadiutor curiam Romanam esset
exiturus, Salamannus episcopus obiit.
Sic papa dicto coadiutori domino Theo-
derico statim ecclesiam Wormaciensem
contulit, consecrationem legato sedis aposto-
lice in Colonia committendo. Mox dum
consecratus esset ad ecclesiam Wormaciensem
se transulit gubernandam, ubi cum difficultate

¶ Deomrit =

¶ destinando com. destinando m. r.

¶ ipsum superior. m. r.